

¶ Duodecima

posse habet et h sub hac forma Ego absoluo te ab omni vinculo excommunicationis suspensionis et interdicti et restituo te unitati et sacramenti ecclesie in nomine patris et filii et spiritus sancti amen

¶ 2^o facto **¶** Si postea conualuerit reddeat et mittat eum ad iudicium suum quod auctoritate absolventi huiusmodi absolutez ab illo obtineat et mandatio ipsius rationabilibus stet. quod nisi hoc faceret dum pro modo illud fieri posset ipse labores in eadem dem suam

¶ 3^o facto principaliter inquit an confessione aut post **¶** Si bona iniusta per fraudes rapinas viuras furta ludos vel per alios modos illicitos acq̄uerit. **¶** Si statim fieri potest satisfaciatur. **¶** Si vero non potest tunc proponat firmiter in ore cum valuerit restituere et laesum satisfacere et ordinare cum hereditibus aut executoribus testamenti sui ut factum per tales lesio fiat. **¶** Tercio si non fecit testamentum debet hortari ut disponat de rebus suis taliter quod post mortem eius non surgant litigia. **¶** Quarto si sit clericus beneficiatus beneficiis iniuste possidens ubi plura in compensatione vel quod huiusmodi de iure vacat resignet in manus prelati vel superioris si factum fieri potest aut in manus presbiterii cum proposito illud. **¶** Quinto si vel aliud indebite tenet. **¶** Quinto his premissis audiatur eius confessio de omnibus suis quantum valet peccatis adiuvando et ammonendo eum modo supradicto ne desperet sed prudentia de misericordia dei habeat et quod virtus passionis magna et efficax sit in sacramentis ecclesie et ut displicentiam habeat de peccatis preteritis non solum propter timorem mortis sed etiam propter dilectionem quam debet habere ad creatorem et redemptorem suum quod pro passus et mortuus est cui se voluntarie moriendo totum committat. et cui vicinior sit mortui non necesse est ut sibi imponat satisfactionem **¶** Sed ei iniungatur quod si conualuerit ad ipsum redeat penitentiam acceptam. **¶** Imponatur tamen sibi pro peccatis suis omnes penas et dolores infirmitatis et mortis passionis quoque christi et sedis eius et precipue compassionem virginis gloriosissime. quam devote iploret in extremo mortis sue **¶** Sexto possit specialis ars esse licet non visitata maxime

lvi

lvii

¶ Pars

me dum infirmus esset potes in rebus et amicis scilicet quod presbiter in quantitate peccatorum taxaret penam per quam si solueret ipse estimaret totam penam purgatorij expiata seu punita. vel solutam puta tot dierum ieiunio. missas orationes. elemosinas. pegrinationes. et huiusmodi. et quod ipsi infirmo adhuc in vita existente pene ille pro amicis suos persoluerent quibus ex soluti pene sufficienter fuerint taxate taliter decedens postea nunquam intraret purgatorium. si proposita vera contritione vel si decederet ante illam penam ex solutione ipsius tandem ex soluti a purgatorio liberaretur et fundatur bec ars super dicto sancti thome quarto sententiarum ubi determinat quod vniuersus pro alio satisfacere potest in foro dei potius quam in foro mundi et quod ex solutione facta quod obligatus liber est a pena **¶** Septimo his pactis presbiter debet amonere presbiteros ut deuote petat sacramentum eucharistie pro viatico **¶** Deinde pro extrema unctione pro sanatione vulnerum anime et peccatorum remissione et quod passionem christi fortiter teneat in mente et quod de dei misericordia et pietate nullatenus diffidat et quantum possibile est cor suum ab exterioribus ad deum plene puerat et passiones suas et toruras quas patitur et precipue penam mortis pro peccatis suis accipiat. **¶** Octavo etiam prouideat ut in agone ibi sint aliqui deuote persone que sibi de deo loquantur et pro ipso orent et morte imminente legat. credo in deum. ante passio christi si assit facultas et omnes presbiteros innocenti deum pro agonizante et moriente et beatam virginem mariam atque beatos. **¶** Sitque ibi crux christi aqua benedicta et si congrue fieri possit caritativum et commendabile esset pastorem esse apud ouicula sua hinc emigrante personaliter ne lupus rapax eum in extremis sibi usurparet quoniam in nouissimo iudicio oportet eum rationes reddere pro ea ymmo ex precia sua indubie multum confortare infirmum in fide. **¶** Postremo agonizans hortandus est ut si potest dicat vel si non potest tamen pro posse perserentem aduertat verba ista sequentia. **¶** Domine iesu christe fili dei veri et homo creator et redemptor meus

lviii